



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

2. Quotuplex sit vacatio beneficii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)



# FORI BENEFICIALIS

## PARS TERTIA.

De vacatione, amissione, alteratione, suppressione,  
extinctione beneficiorum.

### SECTIO PRIMA.

DE VACATIONE ET AMISSIONE BENEFICIORVM.

### CAPUT PRIMUM.

DE VACATIONE PER MORTEM NATVRALEM  
ET CIVILEM.

#### PARAGRAPHVS I.

De vacatione beneficii in  
genere.

*Questio 1. Quid sit vacare beneficium?*



Espondeo: de hoc in genere vix re-  
ste aliquid dici, meliusque statui de  
eo ex sequentibus; unde

*Questio 2. Quotuplex sit vacatio beneficii?*

**1.** **R** Espondeo triplex; nempe de facto tantum,  
de jure tantum, de facto & de jure simul.  
Barbof. *juris Eccl.* l. 3. c. 14. n. 71. Gonz. *ad reg.* 1.  
gl. 15. s. 8. n. 3. Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 2. Vacare de  
facto tantum, seu vacare tantum quoad possessio-  
nem dicitur beneficium, ubi quis titulum Cano-  
nicum beneficii, & jus in eo habet, possessionem  
tamen illius nullus habet, seu ea vacua est: dum  
v.g. Collatarius post factam sibi collationem à se  
acceptatam de beneficio carente & Domino alio,  
& possessore, necdum illius possessionem apprehendit.  
Gonz. *l. c.* n. 6. Item dum verus Dominus  
beneficii retinens titulum, possessionem habitam  
amittit; quia eà dejicitur vi, vel per metum inju-  
ste incussum renuntiat beneficio, nemine ejus pos-  
sionem occupante. Gonz. *loc. cit.* Azor. *loc. c.* Pi-  
rithing. *ad tit. de concess. preb.* n. 17. Item dum is, qui  
non habet iustum titulum, aut jus in beneficio, sed  
solum possessionem aut detentionem, vel decedit, alio

P. Leuren, Fori Benef. Tom. 114.

interim existente, qui habet verum jus in illo bene-  
ficio. Gonz. *loc. cit.* n. 7. citans Paris. *de resign.* l. 1. q.  
17. n. 13. Rebuff. *conf.* 38. n. 1. & seq. & sic vacare  
poterit de facto per obitum unius, & de jure per  
obitum alterius. Gonz. *num.* 8. ac denique juxta  
Gonz. *n. s.* & Barb. *cit.* n. 71. dum quis longo tem-  
pore est absens à beneficio suo, & nulla habetur  
de eo notitia, seu ignoratur, ubi sit, dicitur vacare  
beneficium de facto; quia (posito, quod nullum  
vicarium reliquerit) nemo est, qui illi beneficio  
inserviat; & tamen talis absens, ut Barb. citans  
Abb. *in c. sua. de Clericis non resident.* non amittit per  
hoc titulum; nisi forè post Canonicam citatio-  
nem, & monitionem in contumaciam eo privatus  
fuerit. De cetero exemplum hujus vacationis de  
facto tantum, quod adducunt Pirh. Azor, & alii  
de eo, qui collatum sibi beneficium necdum accep-  
tavit, non subsistit; quia ut dictum aliàs, & dicitur  
paulò post iterum, per collationem non accep-  
taram jus nullum in beneficio acquiritur, adeoq;  
tale beneficium vacare adhuc potest de jure.

**2.** Vacare de jure tantum, seu quoad titulum  
tantum dicitur beneficium, dum quis possidet be-  
neficium absque eo, quòd is, aut alius quispiam ti-  
tulum ejus, aut jus in eo habeat, v. g. dum quis abs-  
que Canonico titulo de facto se intrudit in bene-  
ficio, in quo nemo alius jus habet. Gonz. *loc. cit.*  
n. 4. Item dum quis cum colorato titulo beneficii  
per obitum vacantis possessionem capit. Barb. *loc.*  
*cit.* Item dum quis per affectationem secundi bene-  
ficii alicujus incompatibilis ex juris dispositione  
perdit eo ipso primum, seu censetur eo privatus,  
absque eo, quòd prioris possessionem dimittat, seu  
desinat illud occupare, ac talis possessio plus facti

A quàm

quàm juris habeat. Gonz. *loc. cit.* n. 4. juxta textum c. *Cum nostris. de concess. preb.* & gl. & Auctores communiter, *ibid.* Barb. *loc. cit.* Item dum quis ob delictum sine ulla alia monitione, citatione, aut sententia privationis per hominem seu judicem latâ ex juris dispositione privatur beneficio, absque eo, quod privatus de sinat illud de facto occupare. Pirh. Barb. *loc. cit.* sive in genere, dum talis detentor, seu pergens illud occupare auctoritate Canonis alicujus seu juris, ita eo privatus est, ut sine monitione, citatione ullâve aliâ sententiâ illud ob Ordinario conferri possit, censetur vacare beneficium solum de jure. Azor. *loc. cit.*

3. Vacare de jure & de facto dicitur beneficium, dum neque jus seu titulus beneficii, neque possessio apud aliquem est. Pirh. *loc. cit.* v. g. dum vacat beneficium per mortem naturalem, vel resignationem (nimirum dum resignans de facto etiam illud à se abdicat, seu non manet in possessione seu detentione illius, & nemo etiam alius est in colorata ejus possessione) illius, qui verum titulum & possessionem illius habebat. Gonz. *loc. cit.* num. 3. citans Mand. ad reg. 30. q. 7. n. 4. Gregor. Tholosan. *de benef.* c. 28. n. 1. Rebuff. in *pr. tit. requisitâ ad bonam collationem.* n. 56. Item dum legitimus beneficii dominus ob incompatibilitatem vel delictum ex juris dispositione, aut per sententiam eo privatus, possessionem quoque dimittit.

4. Illud hic observandum ex Mand. *conf.* 4. n. 20. in *sine*, apud Gonz. *loc. cit.* n. 11. & Chok. ad *regul.* 3. n. 9. quod vacatio de jure & de facto fit verior naturaliter, potentior, & plenior vacatio. Et ex Pavino de *post. cap. sede vac. pralud.* 7. num. 17. apud eundem Gonz. num. 12. quod proprie vacare non dicatur beneficium, nisi dum à nemine detinetur nec jure, nec de facto; & hinc verba cujuslibet dispositionis sint intelligenda proprie de hac vacatione, & in hoc potiore ejus significato. Mand. Pavin. Chok. *loc. cit.*

### Quæstio 3. Quot modis vacent beneficia?

R Espondeo: si spectemus ipsum intrinsicum actum vacationis, modi vacationis non plures, quàm duo sunt; nimirum naturalis, quem operatur natura ipsa per mortem personæ, quâ plenum erat beneficium. Et civilem, quo nimirum persona manens in vivis se à beneficio separat, & illud vacuum dimittit; priorq; modus dicitur *decessus*, posterior *cessus*. Lott. l. 3. q. 9. num. 2. *decedere* namque cum ex proprietate etiam sermonis in subiecta materiâ significet mori, seu vitâ defugî, ut Lott. n. 3. ex variis locis juris civilis ostendit, dum utimur hac voce *decessus* in hac materia beneficiali, mortem naturalem proprie significamus. Lott. n. 5. citans Paris. l. 5. q. 5. n. 23. *Cedere* autem, cum mortem exprimat, ac separationem personæ à beneficio, quo de pleno efficitur vacans. Lott. num. 7. sub hoc nomine veniunt renuntiare, resignare, cedere beneficium, sive actus sit spontaneus, sive coactus. Lott. n. 8. & 9. quamvis enim invitus quis pellatur à beneficio, dum illo per judicem privatur, nihilominus adhuc non malè dicitur cedere beneficio; cum factum judicis reputetur factum passi sententiam, juxta l. *si ob causam. c. de Eviction.* & Tiraq; de *retract. consanguin.* §. 1. gl. 14. num. 13. Lott. n. 11. atque ita, ut Lott. n. 10. huic posteriori modo vacationis, nempe per cessum, subjunguntur, seu subalternantur omnes illi modi vacandi,

tam ipso jure, quàm per sententiam, de quibus Gonz. latè gl. 15. n. 9.

### Quæstio 4. Quenam vacatio, seu quifnam vacationis modus veniat, nomine vacationis simpliciter prolato?

R Espondeo primò: venire & comprehenduntur omnes vacandi modos, hoc est, tam vacationem per mortem civilem, quàm per naturalem, tam per resignationem, quàm per privationem. Garc. *par.* 11. c. 1. n. 3. citans gl. in c. *si preter. de rescript. v. vacabunt.* & gl. in c. *quia sape. de preb.* in 6. v. *vacat.* Franc. in c. *susceptum. de rescript.* in 6. n. 3. Staphil. de *lit. gratia. tit. de variis modis vacationis.* n. 6. Coraf. de *benef. p. 1. c. 3.* Mand. ad reg. 19. q. 17. n. 2. Paris. l. 11. q. 14. n. 24. Toud. in *questionibus benef. p. 3. c. 20. n. 15.* ex Menoch. de *arbitr. ca. 120.* n. 100. Barb. *juris Eccl.* l. 3. c. 14. n. 74. proceditq; idipsum in materia pœnali. Barb. *ibid.* Garc. l. 4. n. 4. ex Franco. sic etiam in regula 8. *Cancel.* apposta non essent verba generalia quocunque modo, comprehenduntur omnes modi vacationis (exceptis vacationibus in curiâ, & per resignationem) seu reservantur Papæ beneficia in mensibus papalibus vacantia, quocunque demum modo vacent. Gonz. gl. 15. n. 1. & 2. citans An. de Falcon. de *resign. q. 1. principalis. n. 2.* sic si alicui detur expectantia de beneficio vacante seu potius vacaturo, per vacationem simpliciter comprehenditur omnis modus vacandi. Garc. l. c. n. 6. sic si in supplicatione seu impetratione mentio fiat de vacatione simpliciter, nullo expresso vacandi modo, comprehenditur omnis casus seu modus vacandi. Barb. l. c. n. 75. Pirh. ad *tit. de concess. preb.* n. 28. Garc. l. c. num. 5. citans Rebuff. in c. *nulla. de concess. preb. premissis.* 6. Mandos. ad *Lap. Alleg.* 6. n. 5. Mohed. *decis.* 10. de *preb.* Multòque magis hæc procedunt stante universitate verborum, seu ubi apposta esset in reservatione aliqua, aut in supplica clausula illa generalis: *quocunque modo vacet.* Gonz. *loc. cit.* Toud. l. c. n. 16. & 18. Paris. l. 8. q. 7. n. 64.

2. Respondeo secundo: nomine vacationis in reg. 8. venire tam vacationem de jure & facto simul, quàm vacationem de jure tantum, & vacationem de facto tantum. Gonz. gl. 15. §. 1. n. 45. & *maximè* n. 72. de quo vide dicenda *passim* post.

3. Respondeo tertio: in dubio vacationis appellatione intelligitur vacatio tam de jure quàm de facto, seu vacatio omnimoda. Gonz. gl. 15. §. 1. n. 9. arg. c. *cum in nostris. de concess. preb.* unde etiam

4. Respondeo quarto: dum Papa facienti gratiam narratur vacatio, is supponit beneficium vacare omnimodè, ac proinde terminum hunc indistinctè accipit pro vacatione omnimodâ, id est, tam de jure, quàm de facto. Lott. l. 3. q. 8. n. 21. citans Host. in c. *cum nostris. n. 1.* & 5. de *concess. preb.* quia Papa nemini præjudicare intendit neque in possessione, Gonz. *loc. cit.* citans Abb. in *cit. cap. cum nostris. n. 4.* Imol. n. 7. Butrio n. 6. nisi tamen fiat mentio de possessione alterius; tunc enim non aliter videtur intelligere vacationem beneficii, quàm de jure tantum, negligè eâ possessione, & que consequitur, plenitudo de facto. Lott. l. c. n. 2.

5. Porro in materia ambitiosa, qualis est impetratio beneficiorum, appellatione vacationes venire veram & non fictam, & qualificatam (qualis v. g. vacatio ficta est vacatio per obitum in regula de infirmis) ait Paris. l. 12. q. 10. n. 5. Et hinc im-